

Breve Apostolicum ad Magistrum
de Prussia, ut causa, que sibi est
cum Sacra Maiestate Polonie
Regis, in Concilio Lateranensi a-
gatur et terminetur.

28

Dilecte Fili. Salutem et apostolicam bene-
dictionem. Per Oratores charissimos in
Christo filii nostri Sigismundi Polonie
Regis illustris eius nomine requisiti su-
mus, ut Paci inter Prædecessores quon-
dam eius Polonie Reges et magistrum
generalem Ordinis milicie Theutonicorum
iuxta Confirmationis Apostolicæ robor
adiuere vellemus, cuius cum occasione
frequenter inter eius maiestatem ac eius
Prædecessores et Ordinem prædictum con-
troversias ac Dispensiones subortas, ac ad
p. re. Alex: vi. et Julium II. ac alios ple-
rosq; Prædecessores nostros delatas et nondum
sopitas audiverimus, non possumus non
vehementer dolere; cum vereamur et Re-
gno illi et Ordini ac universæ Christia-
næ Republicæ, cuius in his locis contra
barbaras et inhumanissimas Nationes quasi
antemurale

antemurale et firmum propugnaculum estis,
gravia inde pericula et incommoda immi-
nere, ejusque Maiestati ac ejus Regno
semper presidii et auxilii etiam in adver-
sis ejus rebus, si quando acciderint, quod
Deus avertat. / Cesaree Maiestati ac
Germanie Nationis propterea adimi pos-
se, qui plerumque apud Præsesores
nostros attestati sunt, eorum plurimum
interesse, ne Ordo ipse aliqua in re
vel armis vel concordie nomine ledatur.
Quare cum Apostolicæ Sedis ^{cui} Ordo ipse
immediate subest, et Cesaree et ipsius
Regis Polonie Maiestatis istius Ordi-
nis ac Christianitatis totius plurimum
intereat, controversias vras vel concordia,
vel jure terminari, quas non videmus
commodius, quam auferitis iis, quorum
intereat et Romæ tractari posse, institue-
rimusque ceptum sacrosanctum Latera-
nense Concilium ut Christianorum Prin-
cipum odia et similitates componeret
continuarè ejus Maiestatem pro Pastoralis
officii nostri ac Divini gregis nobis credita

cura

cura hortati sumus, et attentè in Domino
etiam per proprium Nuntium requisivi-
mus, ut vel per ejus Oratores ejus Ma-
jestas, qui in presenti apud nos agunt,
vel alios plenè ac sufficientibus man-
datis instructos ejus causam hic in ipso
Concilio agi ac terminari, ac interim
in omnibus actionibus, quæ ad eas Con-
troversias attinent, quiescere et omninò
super sedere velit; de quo nobilitatem
quoque tuam, ut id ipsum facias, per
has nostras litteras, quas per proprium
hunc Nuntium mittimus præ charitate
monemus. Quicquid autem super iis
tua nobilitas decreverit, Nobis per
hunc Cursorem nostrum, quem propte-
rà hinc mittimus, significare ne o-
mittat. Datum Rome apud Sanctum
Petrum sub Annulo Piscatoris die 24.
Julii 1553. Pontificatus nostri anno
primo. —

Faint, illegible handwriting at the top of the page.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.

Faint, illegible handwriting.